



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 5. Susannæ calumniatores, lapides, quos parauerant, paßit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)



*manum pro manu, pedem pro pede exiges.* Quā  
clare hic falso testi, seu calumniatori pœna  
talionis statuitur? Congruum enim est, vt  
quod quis supplicium falso testimonio alte-  
ri injustè irrogare voluit, id justè ipsemet  
patiatur.

§. V.

*Susanna calumniatores lapides, quos parauerant, pass.*

Clarissimi exempli historia est apud Da-  
nielem de Susanna pudicissima femina, quā  
duo libidinosi senes de adulterio commisso  
falsò accusarunt, cū enim eius corpore  
frui non possent, morte illius voluerunt se-  
se delectare. Instituta igitur calumniosa ac-  
cusatione, cū confictam à se de iuene è  
manibus elapso fabulam recitassent, hanc  
coronidem addiderunt: *Huius rei testes su-* Dan. 13.  
*mus. Credidit eis multitudo, quasi senibus, & iu-* 42.  
*dicibus populi, & condemnauerunt eam ad*  
*mortem.* Iamque ducebatur innocens lapi-  
danda, neq; quemquam habebat, à quo de-  
fenderetur. Non illam nobilitas parentum;  
non honestissima educatio; non sanctissimū  
coniugium; non vitæ præteritæ optima fa-  
ma; non amantissimus maritus; non luctus  
& lachrymæ cognatorū, à calumnia libera-  
uerunt.



Dan. 13.  
60.

uerunt. Testes erant omni exceptione maiores; cum quibus loquebatur veneratio senectutis, auctoritas magistratus; denique, qui iudices fuerant, facti sunt accusatores. Ergo vndique deserta ad eum solum confugit, qui verè nouerat innocentem. *Exaudivit igitur Dominus vocem eius, & excitavit Danielem, à quo mendacij convicti falsi calumniiosiq; testes iustam calumniae mercedem retulerunt. Exclamavit itaq; omnis cœtus voce magna, & benedixit Deum, qui salvat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (convicerat enim eos Daniel ex ore suo, falsum dixisse testimonium) feceruntq; eis, sicut malè egerant, aduersus proximum, ut facerent secundum legem Moysi; & interfecerunt eos: & salvatus est sanguis innoxius in illa. In alto virtutis gradu erat innocens Susanna: senes in profundo iacebant peccatorum; vnde illam calumniâ, velut saxo petebant, saxi ipsi digni; hinc ea ex alto in capita illorum reuolarunt, Susannâ intactâ, ut fieret, quod dicitur: Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.*

Eccli. 27.  
28,

§. VI.

*Calumnia à Iudæis Christo imposita, & vindicata.*

Fuit